

2567.

1419.

Rymarus, kyrkoherde i Hoby, lemnar intyg om ett år 1330 mellan Sten Nilsson och Knut Nilsson uppgjort arfskifte och att den förre till Hoby kyrka testamenterat sin andel, utgörande gårdar i Mörtjuk, Rödeby, Hjelmjö, »Litlegårde» och Mölleskog.

Bring-Mützell: Diss hist. de territorio Bräkne, sid. 43—45.

Anno Domini mccccxxx, infra octavas beati Johannis Baptiste, in curia sacerdotali in Hoby, nobiles viri Steno Nicolai et frater ejus Kanutus Nicolai hereditatem patrimonii inter se diviserunt, presentibus vxoribus vtriusque et domino Mathia curato et tocius Blecundie preposito et comissario, et Kanutus quatuor predia in Albo herrat i Skania in jus hereditarium suscepit, et e converso Steno Nicolai cetera predia et possessiones in parochia Hoby situata in suam partem acceptavit, que omnia de consensu vxoris sue, hustrv Vna, post mortem vtriusque, ecclesiæ parochiali in Hoby et ad mensam sacerdotalem simul pro anima sua et suæ vxoris et vtriusque parentum et liberorum in testamentum perpetuum reliquit, qui post defunctionem sue vxoris obiit anno Domini mccccxvi in Rötaby sine liberis, cujus corpus ego Kanutus Eskilli, tunc temporis presbiter et curatus in Hoby et tocius Blecungie prepositus et commissarius, domini Mathie proximus successor, in hac ecclesia Hoby juxta vxorem suam ante altare beate Marie virginis in vigilia assumptionis Marie, presentibus hujus provincie sacerdotibus et peractis exequiis propria manu sepelivi tempore Waldemari regis, anno regni ejus quarto, in quo tempore alemani omnia castra et municiones regni Dacie occupabant. Predia, que predictus Steno in testamentum reliquit ecclesie et curie sacerdotali sunt hec: vnum in Moretiwka, duo in Rötaby, tria in Hialmsödhe et unum predium Litlegårde et Molleskowgh, quod solum ad curiam sacerdotalem legavit pro pascua suorum animalium.

In elocatione autem prediorum plenaria potestas atque irrevocabile dominium sit penes loci istius pastorem ejusque omnes successores. Reditus autem annuus dimidiabitur ecclesie Hobyane singulis annis.

Rymarus, Hobyensis pastor  
anno mcdxix.

2568.

1419<sup>1</sup>).

Söderköping.

Lars Trugotsson, borgare i Söderköping, säljer till Skönberga kyrka sin andel i Stro qvarn vid Fullerstad, i Skönberga socken.

B. E. Hildebrands afskrifter i K. V. Hist. o. Ant. Akad. efter afskrift i Skönberga äldsta kyrkobok.

Alla the män thetta breff höra eller se hälsar iak Lasse Trugotsson, byman i Suderkiöpingh . . . . och kånis iak thet medh thesso mino närwarande brefwe och skall allom witterlikit . . . . iak . . . . förtanka ok beradhno modhe

<sup>1</sup>) Dagbeteckningen gått förlorad genom lucka i brefvet.